

uentissima immissaq; fuit in ea , cumq; nimis  
esset calida , tepida illa quæ eo tempore atq; in eo  
loco scaturiebat per canales certos immissa ,  
contemporata fuit , ut vsui lavantibus esse po-  
tuerit. Corroxit autem ea tepida aqua adeò po-  
tenter cutim , ut nomen prioris sibi acquisiverit.  
Eo in loco , ut antea est indicatum , Imperato-  
rem Carolum primò lavasse memorant. Sed de  
his satis , nunc de balneis seu solijs aliquid refe-  
rendum est.

## CAP. VI.

DE SOLIIS ET BAL-  
NEIS, ATQVE DOE-  
POLÆ FLUVIO.

**V**T antè commemoratum est , canales lignei  
plurimi capsulis illis áubus , quæ cavis  
illis lignis impositæ sunt , inserti sunt , qui tam per  
longitudinem ubi platea Crucis est , quam per  
latitudinem per fluvium exorrebit in ædes &  
balnea hospitum insiguntur. Habent etiam , ut  
antè relatum est , quidam hospitum non unum  
sed plurima balnea , quæ pro adrenarum com-  
moditate & varietate constructa sunt. Ea bal-  
nea in figuram ferè quadratam conformata , &  
scannis , ut lavantes sedere possint exornata ,  
quotidiè expurgantur , educta aqua immunda ,

C 3

&amp; in-

& immissa recenti & nova, nisi quis eam pro  
 cutis corrosione diutius remanere velit. Et enim  
 in casu magis cutim rodit quam recens, si pra-  
 fertim ea tepidior fuerit. Conferunt vero im-  
 missa aqua velut calceam pinguedinem cuticulae  
 humanae non absimilem in summo contrahit.  
 Eam oriri credo a saxy calcarij & arenarii vi-  
 scositate seu pinguedine. Si enim ea materia re-  
 sicetur & teratur, in pulverem resolvitur, ut  
 recte censuisse mibi visus fuerit vir quidam do-  
 elissimus, qui eam florem calcis appellavit. Ma-  
 ior autem illius velut cuticula copia genera-  
 tur, si confertum aqua immissa fuerit, minor si  
 lento & tenui lapsu immittatur, proprieatatem  
 quod in tenuiori & minori lapsu aqua refrigeratur,  
 & per vapores hac materia, quae in ipsis  
 copiose inest, in auram discedat & dissipetur.  
 In lapsu autem densiore & copioso illi vapo-  
 res retinentur, unde maior quantitas illius su-  
 pernatans materia generatur. Et certe ho-  
 spites, qui ignorant, an in aqua nitrum, aut sul-  
 phur aut rubrica, aut quanam minera pre-  
 dominet, hic cauiores esse deberent, ne, dum  
 resiccati & caleficii corpus debet, aquam te-  
 nui stillicidio per totam noctem immissam &  
 refrigeratam patientibus offerrent, sed una vi-  
 ce & conferunt in balneum, ut noctu refrige-  
 rari posset immitterent, ita enim spiritus & vir-  
 tus melius retinerentur, quam in altero stillici-  
 dio rbi

dio, ubi per vapores illa dissipantur. Ubi verè minus calefacere & resiccare voluerimus, conferret illa ita tenui & parvo lapsu excepta.

Depola fluvius, ut antè indicatum est, curvo lapsu per oppidulum descendit, illudq; in duas partes diuidit. Labitur autem ferè universus super saxum calcarium arena rectum, non enim illud nisi paucis in locis cernitur. Hoc tamen & incolæ, & in primis a vinculus meus Bartholomæus Neker memorant, sub supremo ponte saxum calcarium & in vicina effossum esse album, quod Depola fluvius ita abluerat & album fecerat, nec venam illius saxi amplius apparuisse, & deprehensa esse manifesta vestigia fluxus, nec ibi saxum illud extitisse, nisi ubi aqua fluxisset: Unde iterum colligo, hunc lapidem ab aqua generari, non aquam ex illo effervescere. Sunt præterea in ipso fluvio multæ scaturiginæ aquæ ferventissimæ, quæ magna cum ebullitione & sonitu interdum prorumpunt. Sed de his alias.

Nunc ad tractatum secundum, de v-  
su aquarum propositum ac-  
cedendum est.



C 4

T R A Z